Sowiński Christoph. franc: Quaestio theologica de praedestinatione.

✠

In Nomine Domini, Amen.

QVÆSTIO THEOLOGICA, DE PRÆDESTINATIONE,

Ex 1. p. Doctoris Angelici, q. 23.

A

M. CHRISTOPHORO FRANCISCO SOWINSKI,

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORE, Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum, S. FLORIANI DECANO, Custode Pilecensi, Cancellario Posnaniensi, Curato Prossovicensi, Contubernij Philosophorum, & Scholarum Novodvorscianarum Provisore,

PUBLICÈ AD DISPUTANDUM In Augusta D. Vladislai Iagellonis Aula, Lectorio DD. Theologorum,

PROPOSITA.

Anno Domini, 1691. Die 15. Martij.

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

QVÆSTIO.

V Prædestinatio DEI æterna & infallibilis Creaturarum, consistens formaliter in actu Imperii, sit purè gratuita, necne?

CONCLUSIO I.

Prædestinatio DEI Creaturarum est æterna.

COROLLARIA.

I. Prædestinatio à D. Th. loco cit. ar. 1. rectè definitur: Est ratio transmissionis Creaturæ Rationalis in vitam æternam.

II. Particula Præ, *non designat antecessionem, seu prioritatem Excellentiæ, seu Dignitatis, vel Causalitatis; sed Durationis, seu Æternitatis ad tempus.*

III. Dùm Prædestinatio à S. Aug. lib. de Dono Perseverantiæ, cap. 14. dicitur: Præparatio Beneficiorum DEI; *per id intelliguntur media, quæ DEVS prædestinatis confert.*

IV. Sola voluntas Antecedens & Generalis Providentia Ordinis supernaturalis, non est sufficiens ad consequendam vitam æternam.

V. Prædestinatio formaliter sumpta, non ponit aliquid in prædestinato, sed tantùm in prædestinante; verùm Executio est passivè in prædestinatis, activè in Deo, vt in Gubernatore.

CONCLUSIO II.

Prædestinatio DEI Creaturarum est infallibilis, & certissima.

COROLLARIA.

I. Hæc infallibilitas, seu certitudo, non solùm est Cognitionis, seu Præscientiæ; sed etiam Causalitatis.

II. Certitudo & infallibilitas Prædestinationis, non lædit liberum Arbitrium.

III. Error est Ægyptiorum: Prædestinationem Dei posse orationibus & Sacrificiis mutari, seu impediri; posse tamen illam iu-

lam iuuari, quantùm ad Effectum particularem, dogma Christianum est.

IV. Seclusâ DEI reuelatione, nemo potest certò & infallibiliter scire, se esse de numero prædestinatorum.

V. Certitudo & infallibilitas prædestinationis, non potest cum scientia media, quæ à Neotericis affertur, cohærere.

CONCLUSIO III.

Prædestinatio consistit formaliter in actu intellectûs, qui dicitur: Imperium.

COROLLARIA.

I. Prædestinatio licet formaliter consistat in actu Intellectûs; indispensabiliter tamen inuoluit & connotat actũ voluntatis.

II. Essentiam Prædestinationis importare ex æquo actum intellectûs & voluntatis, non est consonum.

III. Actus Iudicij regulans electionem mediorum, non est de ratione formali Prædestinationis.

IV. Quando D. Th. 2. 2 q. 49. a. 6. ad 3. dicit: In recta ordinatione ad finem, importatur rectitudo Consilij & Iudicij & præcepti; per id non intendit, quòd Prædestinatio non consistat adæquatè in Imperio, verùm etiam in Consilio & Iudicio regulante; sed rectitudo Iudicij & Consilij importetur virtualiter & præsuppositiuè.

V. Actus Imperij Diuini ordinatur & ad Diuinam voluntatem, & ad prædestinatos; sed diuersimodè.

CONCLUSIO IV.

Prædestinatio est purè gratuita, seu ante præuisionem meritorum.

COROLLARIA.

I. Præter Decretum Intentiuum Gloriæ, meritorum præuisionem antecedens; datur aliud Executiuum circa Gloriam, supponens præuisa merita.

II. Gloria & merita, non vno actu, sed diuersis virtualiter, sunt à DEO efficaciter volita.

III. Electio efficax ante præuisa merita, extenditur etiam ad determinatum gradum Beatitudinis, quem in particulari quilibet prædestinatus habebit.

IV. Præscientia coöperationis, vel boni vsus liberi arbitrij, non est Causa, vel Conditio sine Qua non *Prædestinationis.*
V. Propositiones istæ: DEVS gratis vult dare Gloriam: & DEVS vult dare gloriam gratis: sunt valdè diuersæ.

Cui Laus, Honor & Gloria.



Sub Felicissimis Auspicijs,

Magnifici, Perillustris, & Admodùm R̃ndi Domini,

D. M. FRANCISCI PRZEWOSKI,

S. Th. Doctoris & Professoris, Collegæ Maioris, Ecclesiarum Collegiatarum, SS. Omnium Cracou: Præpositi, ad S. FLORIANVM Canonici, Curelouien: Scholastici, Contubernij Hierosolymitani Prouisoris, per Diœcesim Cracouien: Ordinarij Librorum Censoris, Almæ Vniuersitatis Cracoviensis, Generalis & Vigilantissimi

RECTORIS.

n Perso
posse vi
m, nor

lia, qu
requira
ad eiu

HI

,

egæ
nium
d S.
rum
nis
ij

zo.